Universitätsbibliothek Paderborn

Novum Gratiæ Prodigium: Sive Vita Venerabilis Matris, Sororis Joannæ à Jesu Maria Monialis Præcipui D. Claræ Coenobii In Bvrgos

Ameyugo, Francisco de

Coloniæ Agrippinæ

Facultas Ordinarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37120

Visual Library

berrimè ſibi ob oculos ſtatuerent. Nihil in hoc libro reperio quod Catholicæ doctrinæ ac probis moribus non conveniat: Exiſtimoque, attento tam eleganti atque mirando exemplari, quod ad correptionem noſtræ ſegnitiei, animoſque in divino ſervitio exſtimulandos liber hic apprimè ſit conducibilis. Hæc mea eſt ſententia, ſalvo &c.

In hoc Conventu à S. Philippo Madriti 12. Novemb. 1671.

P. Andreas Merino.

FACULTAS ORDINARII.

NOS Franciſcus Torteza Doctor, Abbas S. Vincentii, Canonicus Toletanus Regiæ Aulæ Ordinarius Inquiſitor, atque hujus Urbis Madritenſis ac locorum eò ſpectantium Vicarius Generalis, &c. Concedimus per præſentes quantùm nos concernit, facultatem, ut liber hic typis mandetur, qui intitulatur: Novum gratiæ prodigium inveniendum in Vita Venerabilis Matris ſororis Joannæ à JESU MARIA, ab Admodum Reverendo Patre Franciſco de Ameyugo Jubilato Theologiæ Lectore & Ex-Provinciali Provinciæ Burgenſis ex Ordine S. Franciſci conſcripta. Quoniam Judicio & ſententiâ Patris Magiſtri F. Andreæ Merino Auguſtiniani edocemur, nihil ſanctæ noſtræ Catholicæ fidei, aut bonis moribus contrarium in eo contineri.

Datum Madriti 18. Novembris Anno 1671.

F. Torteza Doctor.

Ex mandato

Didacus de Velaſco.

JUDICIUM REVERENDISSIMI P. MAGISTRI F. Joannis Sorribas, Carmelitani Ordinis, SS. Theologiæ Profeſſoris & Doctoris, Regiæ Majeſtatis Concionatoris ac Theologi.

Reverendiſſime &c.

MAndatis Reverendiſſimæ D. V. parui, perlegique hunc librum, nimirum Vitam Venerabilis Matris Sororis Joannæ à JESU MARIA Monialis ad

S. Cla-